

## Quid differunt sacramentum et sacrificium?

Sacramenta sunt ritus sacri, per quos Deus nobis exhibet et applicat suas promissiones in euangelio traditas. Sacrificia vero sunt opera, quae nos Deo reddimus, vt eum honore afficiamus.

## Quae sunt species sacrificiorum?

5

Duae sunt species: propiciatorium [123:] et eucharisticum. Propiciatorium seu ἰλαστικὸν est tota obedientia Christi, quae sola meretur remissionem peccatorum hominibus. Aliorum sanctorum bona opera omnia in fide sunt eucharistica et non merentur remissionem peccatorum. Et huc pertinent etiam typica, qualia erant in veteri testamento, quia facienti in fide erant exercitia confessionis et gratiarum actionis. 10

**De baptismo.**Quid est baptismus? [Holzschnitt: Taufe Jesu<sup>a</sup>

(Mt 3,13–17)]

<sup>b</sup>Definitio baptismi oppugnata a Boetio, Vuestphalo et Ienensibus<sup>223</sup> extat in Examine theologico, Corpore doctrinae, fol. 789.<sup>b224</sup>

[124:] Baptismus est instituta a Filio Dei mersio in aquam cum pronunciatione verborum: „Ego baptizo te in nomine Patris et Filij et Spiritus sancti“<sup>225</sup> testificans eum, qui cum hac pronunciatione verborum mergitur, reconciliari cum Deo propter Christum et sanctificari Spiritu sancto ad vitam aeternam et obligari ad agnitionem et celebrationem huius veri Dei. 20

<sup>a</sup> Nicht in A, E; Holzschnitt: Zeitgenössische Taufe eines Kindes: B.

<sup>b-b</sup> Marginalie nur in F, G.

<sup>223</sup> Vgl. den INDEX. CINGLIANORVM QVORVNDAM ERRORVM, in Catechesi VVitebergensi noua comprahensorum. ANNOTATVS A MINISTRIS ECCLESIAE Hallensis in Saxonia, Jena 1571 (VD 16 I 176), A 3v–4v; die „Warnung vor dem unreinen Catechismo“, B 2r–B 4v, unsere Ausgabe, Nr. 5: Warnung vor dem unreinen Catechismo (1571), 335–337. Eine Stellungnahme Joachim Westphals zum „Wittenberger Katechismus“ ist im Druck nicht erhalten. Möglicherweise beziehen sich die Wittenberger auf ein handschriftliches Gutachten des Theologen.

<sup>224</sup> Vgl. Philipp Melancthon, Examen ordinandorum (1559), in: CR 23, 40. Die Seitenzählung richtet sich nach der zeitgenössischen Ausgabe: Corpus doctrinae, 789.

<sup>225</sup> Vgl. Mt 28,19.